
Barckhausen

Specimen bot. sistens fâciculum plantârum ex flora comitatus Lippiaci.


581.943.55
B23
PRO SCIENTIA
SALUTE
POPULIQUE
LIBRARY OF
THE NEW YORK BOTANICAL GARDEN
Barnhart Library
Purchased
1926

SPECIMEN BOTANICVM
SISTENS
FASCICVLVM PLANTARVM
EX
FLORA COMITATVS LIPPIACI

QVOD
CONSENSV ILLVSTRIS MEDICORVM ORDINIS
PRO
GRADV DOCTORIS MEDICINAE
OBTINENDO
D. 30. DEC. 1775

EXHIBVIT
GOTTLIEB BARCKHAVSEN
LIPPIACVS.

GOETTINGAE
EX OFFICINA JOANN. CHRISTIANI DIETERICH
ACADEMIAE TYPOGR.

VIRO CLARISSIMO ATQVE EXPERIENTISSIMO

CHRIST. GVIL. HENR. DE MAREES

MEDICINAE DOCTORI ET PRACTICO DESSAVIAE

S. P.

Miraberis forte, amice ſuauiſſime, cum hanc diſſertationem accipies, et inopinato eam hacce epiſtola *Tibi* dicatam inueneris. Attamen ſpero, *Te* hoc non in malam partem accepturum; vel certe hanc licentiam pro *Tuo* in me amore ſingulari facile condonaturum eſſe. Sed ſcire forſan cupis, quibus rationibus commotus eam *Tibi* potius, quam vllo alio fautori vel amico nuncupare voluerim; quod quidem breuiſſime *Tibi* explicabo. Primo quod fautores atque patronos attinet, vix auſus ſum, tenue hocce opuſculum iis offerre. Praeterea in mentem veniebat monitum Franciſci Baconis *). Inter amicos autem neminem noui, qui *Te* candore animi et amore

 erga

*) Neque vero nimis laudo morem illum receptum, libros patronis nuncupandi. Melius veteres, qui non aliis quam amicis, atque aequalibus ſcripta ſua dicare ſolebant, aut etiam nomina eiusmodi amicorum tractatibus ſuis imponere: quod ſi forte regibus aut magnatibus opus ſuum nuncuparent, tum demum hoc factum eſt, cum argumentum libri perſonae tali conueniret. *Baco de augm. ſcient.*

erga me ſuperet, et cuius nomini maiore cum voluptate eam inſcribere potuiſſem: vt nil dicam de ingenio, doctrina et ſapientia *Tua*, ne laedam inſignem tuam verecundiam, atque veram minimeque fucatam modeſtiam. Tandem etiam propterea huic diſſertationi epiſtolam ad *Te* praemiſi, quo ſimul *Tibi* aliisque rationes redderem, cur hanc materiam ad diſſert. inauguralem elegerim atque tali modi conſcripſerim: et ſimul quoque breuiter enarrem, quomodo hic catalogus ortus ſit. Liceat mihi itaque iam transire ad hoc ipſum argumentum, atque originem paulo altius repetere. — Cum ineunte aeſtate anni 1770 Lipſiam relinquerem, poſtquam ibidem per biennium varias diſciplinas theoreticas tractaſſem, b. *Ludwigius* (etiam poſt cineres mihi adhuc ſemper venerandus) et Ill. Schreberus, iam nunc Academiae Erlangenſis inſigne decus, auctores mihi fuerunt atque exhortarunt me, vt in patriam redux plantas naſcentes inquirerem, nomina obſeruationesque conſignarem, et deinceps floram patriae ederem. Tantorum virorum exhortatione, et voluptate, quam ipſe ex ſtudio botanico capiebam, facile adductus fui, ad plantas inueſtigandas et accuratius conſiderandas. Quamuis enim ipſe eo tempore minime adhuc cogitabam, quidquam huius argumenti in lucem edere, et praeter oblectamentum finis tantum eſſet, propriam cognitionem botanicam augere, et plantas patriae aliquo modo cognoſcere; (non enim erat animus adeo diu ibidem commorandi:) attamen cum praeter opinionem variis rationibus mouerer, vt tres fere annos in rure degerem,

occa-

occaſione, et fere dicerem neceſſitate, coactus fui, ad relaxationem et refectionem animi ab aliis ſtudiis, vt plantas ibidem prouenientes perſcrutarer et cum deſcriptionibus aliorum compararem. Et itaquoque numerus plantarum et copia obſeruationum atque deſcriptionum quotidie augebatur. — Et cum nunc finito curriculo Academico, ſpecimen quoddam edendum erat, placuit mihi prae aliis argumentis, ex aduerſariis meis hanc enumerationem depromere, quod moles nec adeo magna eſſet, nec etiam vlteriorem elaborationem poſceret. Siſto igitur hic enumerationem ſyſtematicam plantarum in Comitatu Lippiaco a me lectarum: nominibus Linnaeanis. Ne libelli moles nimis increſceret, paucas tantum addidi obſeruationes et deſcriptiones botanicas. Quae quidem enatae ſunt ex accurata comparatione optimorum librorum cum plantis ipſis: vbi nempe mihi nonnulla aliter apparuerunt ac aliis. Et ita omnino variis auctoribus contradixi, ſed neminem nominaui, quod mihi illud inuidioſum et nullius vſus videbatur. Omiſi pariter plantas dubias vel nondum ſatis definitas, vel etiam a Perill. a Linné nondum receptas: alio tempore et forte mox de iis dicturus. Loca natalia non addidi, quod longe plurimae proxime circa praedium Niederbarckhauſen lectae ſunt, (fere intra ſpatium horae vnius,) et pauciſſimae tantum circa Salzuflen, Lemgo etc.; accuratius ea tamen indicabo in tractatione vberiore. Nomina triuialia plantarum in medicina vel vſum habentes, vel certe ab vno alteroue laudatas, vel etiam

 tantum

tantum ob vires toxicas aut nutrientes notabiles litteris ordinariis a reliquis diſtinxi. Quae in noſtris officinis aſſeruantur, vel certe ſecundum pharmacopoeam Würtenbergicam aſſeruari deberent, earum nomina triuialia litteris maioribus expreſſa ſunt. Paucas praeterea in oeconomia, arte tinctoria etc. inprimis memorabiles aſteriſco notaui. Nil fuiſſet facilius quam ex Perilluſtr. de Haller, aliorumque operibus vires diuerſas, etiam non adeo vulgo notas, corradere. Sed nolui nec Diſſertationem adeo ponderoſam, nec etiam ſpecimen compilationis edere; cum nempe propriis obſeruationibus et experientiis deſtituerer. Optaui vero quam maxime, vt nomina indigéna et vſum medicum domeſticum adiungere poſſem: ſed coactus abſtineo, quod pauca quae mihi innotuerunt, ſunt nimis manca et imperfecta.

Ob varias tamen plantas non adeo vulgares, et quod nondum catalogus plantarum huius regionis, quantum noui exſtet, ſpero hunc libellum lectori beneuolo non prorſus ingratum fore. Nonnulli quidem ſine dubio hunc fere nudum catalogum conſpicientes, eum, vti alios eiusmodi libros, pro ſuperuacaneo et valde inutili habebunt. Sed pace eorum dixerim, illi qui ita ſentiunt, non parum a vero aberrant. Lubenter concedam ſi vrgent, quod ipſi nullam inde vtilitatem percipiant, attamen cogitent, non omnia quae ipſis inutilia ſunt, aliis pariter nullum

vſum

vſum praeſtare. Et liceat mihi hic, data occaſione, paucas tantum vtilitates digito veluti indicare. Credo igitur vſum eiusmodi enumerationum duplicem eſſe; nempe ratione indigenarum et exterorum. Priores ſine dubio maiora inde emolumenta capere poſſunt: et quidem medici et chirurgi, ſi in rure praxin exercent, et vel ob temporis anguſtiam aliis pharmacis deſtituuntur, vel ſi ruricolis et pauperibus remedia indigena facile parabilia ſuadere volunt. Pharmacopoeis autem eiusmodi catalogi vtiles ſunt, quo ſciant, quales herbae in propinquo creſcant ac ibi colligi debeant. Et adeo politiae medicae inſeruire poſſent tales enumerationes; nempe ſi politia medica eo vſque ſe extenderet, vt curam incolarum haberet, ratione plantarum venenatarum rel.; et ſi forte pharmacopoeis interdiceretur plantas indigenas a peregrinis mercatoribus emere, a quibus, ob lucri cupidinem aliarum nationum, ſaepe accipiunt plantas, (vel partes earum,) erroneas, adulteratas, vel aetate aliisque modis corruptas: et ſimul ridiculo ac noxio modo, pecuniam aliis gentibus numerant pro mercibus, quibus ſaepe propia regio abundat. Exteris autem eiusmodi enumerationes certe aliquo modo vſui ſunt, quod cognitio geographica plantarum in vniuerſum ita augeatur; ſpeciatim vero vtiles, botanicis peregrinantibus, Academiis propinquis etc.

Sed

Sed fere iam pudet propriae apologiae, et certiſſime ne verbo quidem mentionem feciſſem, niſi noſtris temporibus, apud nonnullos quaerelae de multitudine ſic dictarum florarum, fere in conſuetudinem abiiſſent.

Et ita iam nil mihi amplius ſupereſt, amice exoptatiſſime, niſi quod *Te* vehementer rogem, velis beneuolentiam atque amicitiam *Tuam*, mihi in aeternum conſeruare. Vale.

MONANDRIA.

Monogynia.

Hippuris vulgaris.

Digynia.

Callitriche verna.

— — *autumnalis.*

DIANDRIA.

Monogynia.

Liguſtrum vulgare.

Circaea lutetiana.

—— *alpina.*

VERONICA OFFICINALIS.

— — *ſerpillifolia.*

— — BECCABVNGA.

— — *Anagallis.*

— — *ſcutellata.*

DIANDRIA.

VERONICA *montana.*

— — chamaedrys.

— — *agreſtis.*

— — *aruenſis.*

— — *hederifolia.*

— — triphyllos.

VERBENA OFFICINALIS.

Lycopus europaeus. *

Digynia.

Anthoxanthum odoratum. *

TRIANDRIA.

Monogynia.

Valeriana dioica.

— — OFFICINALIS.

— — locuſta.

IRIS PSEVDACORVS.

TRI-

Veronica agreſtis.

Caulis procumbens hirſutus.

Foliola calycina ouata et prope cordata inaequalia: ſuperioribus anguſtioribus et breuioribus.

Capſula ventricoſa (vti de Haller dicit: quaſi ex duobus ouis junctis compoſita) hirſuta, pilis capitatis.

Pedunculi etiam in hac ſpecie ſaepiſſime foliis breuiores.

Veronica aruenſis.

Caulis hirſutus, modo procumbens, modo erectus, *bifariam piloſus.*

Folia calycina lanceolata inaequalia, duo nempe inferiora ſuperioribus majora.

Flo-

TRIANDRIA.

Schoenus albus.
Cyperus flaueſcens.
—— *fuſcus.*
Scirpus paluſtris.
—— *caeſpitoſus.*
—— *acicularis.*
—— *lacuſtris.* *
—— *ſetaceus.*
—— *maritimus.*
—— *ſyluaticus.*
Eriophorum vaginatum.
— — polyſtach.
Nardus ſtricta.

Digynia.

Phalaris arundinacea.
Panicum viride.
— — *crus galli.*
— — ſanguinale.
Phleum pratenſe.
—— *nodoſum.*
Alopecurus geniculatus.
Milium effuſum.
Agroſtis ſpica venti.
—— *canina.*
—— *ſtolonifera.*
Aira coerulea. *
— *aquatica.*
— *caeſpitoſa.*

TRIANDRIA.

Aira montana.
— *caneſcens.*
— *praecox.*
— *caryophyllea.*
Melica nutans.
Poa triuialis.
— *anguſtifolia.*
— *annua.*
— *compreſſa.*
— *nemoralis.*
Briza media.
Dactylis glomerata.
Cynoſurus criſtatus.
Feſtuca ouina.
—— *elatior.*
—— *decumbens.*
—— *fluitans.*
Bromus ſecalinus.
—— *mollis.*
—— *giganteus.*
—— *pinnatus.*
—— *ſterilis.*
—— *aruenſis.*
Auena ſatua.
—— *flaueſcens.*
Arundo phragmit.
Lollium perenne.
—— temulentum.

TRI-

Flores ſeſſiles vel breuiſſime pedunculati.

Capſula compreſſa, glabra, margine ciliata.

Pili in apice caulis, calycibus et capſulis capitati.

TRIANDRIA.

TRITICVM REPENS.

Trigynia.

Montia fontana.

TETRANDRIA.

Monogyn.

Dipſacus fullonum.

— — *piloſus.*

SCABIOSA SVCCISA.

— — ARVENSIS.

— — *columbaria.*

Sherardia arvenſis.

ASPERVLA ODORATA.

Galium vliginoſum.

—— VERVM.

—— *Mollugo.*

—— *ſylvaticum.* *

—— *boreale.*

—— *aparine.*

PLANTAGO MAIOR.

—— —— *media.*

—— —— LANCEOLATA.

Centunculus minimus.

Cornus ſanguinea. *

ALCHEMILLA VVLGARIS.

Digynia.

Aphanes arvenſis.

TETRANDRIA.

CVSCVTA EVROPEA.

— — EPITHYMVM.

Tetragynia.

Ilex Aquifolium.

Potamogetton natans.

—— —— *criſpum.*

—— —— *ſerratum.*

—— —— *puſillum.*

Sagina procumbens.

PENTANDRIA.

Monogynia.

Myoſotis ſcorpioides.

Lithoſpermum arvenſe.

CYNOGLOSSVM OFFICINALE.

PVLMONARIA OFFICINALIS.

SYMPHITVM OFFICINALE.

Lycopſis arvenſis.

Echium vulgare.

PRIMVLA VERIS.

MENYANTHES TRIFOLIATA.

Hottonia paluſtris.

LYSIMACHIA VVLGARIS.

—— —— *nemorum.*

—— —— NVMMVLARIA.

ANAGALLIS ARVENSIS.

Convolvulus arvenſis.

— — ſepium.

Primula veris.

Collum haemiſphaericum, non ſemper in apice tubi. ſed etiam in medio: et quidem fere ſemper in P. v. *elatiore.*

PENTANDRIA.

Campanula rotundifolia.
— — Rapunculus.
— — *rapunculoides.*
— — *persicifolia.*
Phyteuma spicata.
Samolus valerandi.
Lonicera Periclymenum.
VERBASCVM THAPSVS.
—— —— NIGRVM.
DATVRA STRAMONIVM.
HYOSCYAMVS NIGER.
ATROPA BELLADONNA.
SOLANVM DVLCAMARA.
—— —— NIGRVM.
RHAMNVS CATHARCTICVS.
—— —— FRANGVLA.
Euonymus Europaeus.
RIBES RVBRVM.
—— NIGRVM.

PENTANDRIA.

HEDERA HELIX.
Illecebrum verticillatum.
Glaux maritima.
VINCA MINOR.

Digynia.

ASCLEPIAS VINCETOXICVM.
HERNIARIA GLABRA.
CHENOPODIVM BONVS HENR.
—— —— *album.*
—— —— *viride.*
—— —— *polyspermum.*
Vlmus campestris.
Gentiana Pneumonanthe.
— — CENTAVRIVM.
— — Amarella.
— — *campestris.*
— — *ciliata.*
— — CRVCIATA.
— — *filiformis.*

PEN-

Campanula persicifolia.

Calycis laciniae horizontaliter fere patentes, nullo denticulo instructae.
Corolla calyce triplo longior, extus intusque glabra.

Lonicera periclymenum.

Linnaeus hanc plantam enumerat in Mater. Med. vti officinalem: Alii vero Loniceram Caprifolium.

Verbascum Thapsus.

Linnaeus *folia verbasci* ex Thapso desumere iubet; et *flores et radicem* ex Verbasco nigro, (vid. Flora Suec.) In Materia medica, tantum radicem ex *nigro.*
Hallerus autem de *V. nigro* nullum vsum indicat.

Gentiana cruciata.

Flos primus plerumque quinquefidus.

PENTANDRIA.

Hydrocotyle vulgaris.
SANICVLA EVROPAEA.
Tordylium anthriscus.
DAVCVS CAROTA.
CONIVM MACVLATVM.
Selinum carvifolia.
Heracleum sphondilium.
ANGELICA SYLVESTRIS.
Sium angustifolium.

PENTANDRIA.

Oenanthe fistulosa.
Phellandrium aquaticum.
Cicuta virosa.
Aethusa cynapium.
Scandix pecten.
Chaerophyllum sylvestre.
—— —— bulbosum.
—— —— *temulum.*
PASTINACA SATIVA.

Hydrocotyle vulgaris.

Scapus foliis triplo brevior.

Flosculi plerumque 8 — 12 in duobus verticillis dispositi.

Heracleum sphondyl.

Gleditsius *brancam vrsi* huc refert; quae etiam vulgo in officinis desumitur ab hac planta. Linnaeus autem potius contendit ab Acantho molli desumendam esse; et nostram minime habere vires emollientes.

Cicuta virosa.

Linnaeus hanc plantam laudat ad *Emplastrum de cicuta*: Hallerus, Pharmacopaea Würtenb. etc. requirunt Conium maculatum.

Chaerophyllum sylvestre.

Caulis sulcatus; et plerumque inferius hirsutus.

Folia hirsuta nitentia quadruplicato pinnata.

Semina apice striata.

Pedicelli radiales tantum fertiles.

Chaerophyllum bulbosum.

Caulis inferius hirsutus; superius laevis (glaber et non sulcatus)

Folia caulina inferiora quadruplicato pinnata.

Involucrum vniversale monophyllum vel nullum, partiale dimidiatum, exterius positum: foliolis lanceolatis acuminatis reflexis. involucrum in vmbellulis radialibus 2. 3. 4. phyllum, in centralibus mono vel diphyllum et nonnulla rudimenta foliorum.

Flosculis centralis fertilis pedicellatus, pedicello stricto reliquis crassiore.

Chaerophyllum temulum.

Caulis hispido scaber, rubro maculatus. Invo-

PENTANDRIA.

CARVM CARVI.

PIMPINELLA SAXIFRAGA.

APIVM GRAVEOLENS.

Aegopodium Podagraria.

Trigynia.

Viburnum opulus. *

SAMBVCVS NIGRA.

—— —— *racemosa.*

ALSINE MEDIA.

Tetragyn.

Parnassia palustris.

Pentagyn.

LINVM CATHARCTICVM.

— — *Radiola.*

DROSERA ROTVNDIFOLIA.

— — longifolia.

PENTANDRIA.

Polygynia.

Myosurus minimus.

HEXANDRIA.

Monogynia.

Leucoium vernum.

Allium vrsinum.

Ornithogalum luteum.

CONVALLARIA MAIALIS.

—— —— POLYGONATVM.

—— —— *bifolia.*

ACORVS CALAMVS.

Iuncus conglomeratus.

—— *effusus.*

—— *squarrosus.*

—— *articulatus.*

—— *bulbosus.*

—— *bufonius.*

—— *campestris.*

Iun-

Involucrum vniuersale, mono vel diphyllum partiale 6. 7. 8. phyllum.

Vmbellulae centrales maxima ex parte abortiunt.

Flosculus centralis, *fertilis sessilis.*

Planta matura tota fere rubra.

Possent forte etiam in reliquis chaerophyllis ex flosculis centralibus pedicellatis vel sessilibus fertilibus vel abortientibus, characteres faciles et certi desumi.

Apium palustre.

Ob involucra et semina videtur diuersum genus a Petroselino constituendum esse.

Conuallaria polygonatum.

Sigillum Salomonis off. vti placet Linnaeo, Gleditsio, Pharmacop. Wirtenb. aliis. Hallerus Couallariam multifloram habet pro officinali specie.

Juncus squarrosus.

Culmus non prorsus nudus, sed in basi folium vnicum.

Juncus campestris.

Semina tria magna oblonga.

HEXANDRIA.

Iuncus pilofus.
Peplis portula.

Trigynia.

Rumex crifpus.
— — ACVTVS.
— — AQVATICVS.
— — ACETOSA.
— — *Acetofella.*
Triglochin paluftre.

Polygynia.

Alisma Plantago.

HEPTANDRIA.

Monogynia.

Trientalis europaea.

OCTANDRIA.

Monogynia.

Oenothera biennis.
Epilobium anguftifolium.
— — *hirfutum.*
— — *montanum.*
— — *tetragonum.*
— — *paluftre.*
VACCINIVM MYRTILLVS.
— — vliginofum.

OCTANDRIA.

VACCINIVM vitis idaea.
— — oxycoccos.
ERICA VVLGARIS.

Trigynia.

POLYGONVM BISTORTA.
—— —— *amphibium.*
—— —— hydropiper.
—— —— Perficaria.
—— —— AVICVLARE.
—— —— *Conuoluulus.*
—— —— *dumetorum.*

Tetragynia.

PARIS QVADRIFOLIA.
Adoxa Mofchatellina.

DECANDRIA.

Monogynia.

Monotropa hypopithys.
Andromeda polifolia.
Pyrola minor.
—— *fecunda.*

Digynia.

Chryfofplenium alternifol.
—— —— *oppofitifolium.*
Saxifraga tridactylites.

DE-

Juncus pilofus.

Semina quoque tria vti in praecedente.

Saxifraga tridact.

Folia radicalia infima non trifida fed ouata integerrima. Et in folo minus favente plurima fpecimina omnino absque foliis trifidis reperi.

DECANDRIA.

Sceleranthus annus.
—— —— perennis.
Gypsophila muralis.
SAPONARIA OFFICINALIS.
—— —— *vaccaria.*
Dianthus Armeria.

Trigynia.

Cucubulus behen.
Silene nutans.
Stellaria nemorum.
— — *Holostea.*
— — *gramina.*
Arenaria trinervea.
— — *serpillifolia.*
— — *tenuifolia.*
— — *rubra.*

Pentagynia.

SEDVM TELEPHIVM.
—— reflexum
—— album.
—— ACRE.
OXALIS ACETOSELLA.

DECANDRIA.

OXALIS *corniculata.*
Agrostemma Githago.
Lychnis flos cuculi.
— — dioica.
Cerastium vulgatum.
— — *viscosum.*
— — *semidecandrum.*
— — *aruense.*
— — *aquaticum.*
Spergula aruensis.
— — *pentandra.*
— — *nodosa.*

DODECANDRIA.

Monogynia.

LYTHRVM SALICARIA.

Digynia.

AGRIMONIA EVPATORIA.

Trigynia.

Reseda Luteola.
Euphorbia peplus.
— — *exigua.*

DO-

Caulis, folia pedunculi et calyx hirsuti, pilis capitatis, capitulis viscidis rubris. Stamina 5. altiora 5. profundiora.

Arenaria serpillifolia.

Capsula 6 fariam dehiscit: vti etiam *A. trinernia.*

Arenaria tenuifolia.

Capsula dehiscit apice trifido.

Arenaria rubra.

Stamina omnino 10. reperi: etiam Lipsiae in *A. maritima.*

DODECANDRIA.

Euphorbia heliofcopia.

Dodecagyn.

SEMPERVIVVM TECTORVM.

ICOSANDRIA.

Monogyn.

PRVNVS SPINOSA.

— — AVIVM.

Digynia.

Crataegus Oxyacantha.

Trigynia.

Sorbus aucuparia.

Pentagynia.

Pyrus communis.

— malus.

SPIRAEA VLMARIA.

Polygynia.

ROSA *rubiginofa.*

— *villofa.*

— CANINA.

ICOSANDRIA.

RVBVS FRVTICOSVS.

— *caefius.*

— IDAEVS.

FRAGARIA VESCA.

— — *fterilis.*

POTENTILLA ANSERINA.

— — *verna.*

— — REPTANS.

— — *argentea.*

TORMENTILLA ERECTA.

GEVM VRBANVM.

Comarum paluftre. *

POLYANDRIA.

Monogynia.

Actaea fpicata.

CHELIDONIVM MAIVS.

PAPAVER *Argemone.*

— — RHOEAS.

— — *dubium.*

TILIA EVROPAEA.

Po-

Euphorbia heliofcopia.

Efulae Hb. Linnaeus in Flor. Suec. ad hanc fpeciem refert: radicem et corticem vero ad E. *paluftrem.* In Materia Med. *ejusd.* (ed. Schreb.) omnia ex paluftri fumuntur.

Hallerus, Gleditfius, et alii autem Euphorb. cypariff. pro efula minori off. habent.

Rofa rubiginofa.

Germina faepe prorfus glabra, vel etiam bafi tantum hifpida.

Tormentilla erecta.

Flos primus faepiffime habet petala 5, et calycem 10 fidum.

Poffe inde etiam argumentum fumi, Potentillis jungendam effe.

Papaver dubium.

Setae non in caule, fed tantum in pedunculis appreffae.

POLYANDRIA.

Trigynia.

DELPHINIVM CONSOLIDA.

ACONITVM NAPELLVS.

Pentagyn.

AQVILEGIA VVLGARIS.

Polygynia.

ANEMONE HEPATICA.

—— —— nemorosa.

—— —— *ranunculoides.*

Clematis vitalba.

RANVNCVLVS flammula.

— — FICARIA.

— — *auricomus.*

— — sceleratus.

— — bulbosus.

— — repens.

— — acris.

— — *lanuginosus.*

— — aruensis.

— — *hederaceus.*

— — *aquatilis.*

POLYANDRIA.

Helleborus viridis.

Caltha palustris.

DIDYNAMIA.

Gymnosperma.

AIVGA PYRAMIDALIS.

— — reptans.

Teucrium Botrys.

— — Scorodonia.

HYSSOPVS OFFICINALIS.

NEPETA CATARIA.

Mentha sylnestris.

—— *aquatica.*

—— *gentilis.*

—— aruensis.

GLECOMA HEDERACEA.

LAMIVM ALBVM.

—— —— *maculatum.*

—— —— *purpureum.*

—— —— *amplexicaule.*

DY-

Aconitum Napellus.

Passim reperi in ruderatis et prope hortos: vix tamen vere pro planta indigena haberi potest. — Non est Aconitum illud Stoerckii, quod est Aconitum Cammarum: monente iam Hallero in in Hist. stirp. Linnaeus in Materia Med. habet Napellum. In Pharmacopaea Würtenberg. nominatur quidem Napellus, quoniam autem editores ex Stoerckii libello recipiunt, a Pharmacopaeis Aconitum Cammarum adhiberi debet.

Ajuga reptans.

Hallerus, Gleditsius et alii huc referunt Consolidam mediam offic. Linnaeus autem Pharmacop. Wirtenb. etc. referunt eam ad Ajugam pyramidalem.

DIDYNAMIA.

Galeopsis Ladanum.
— — Tetrahit.
— — *Galeobdolon.*
BETONICA OFFICINALIS.
Stachys ſylnatica.
— — *paluſtris.*
— — *arvenſis.*
BALLOTA NIGRA.
MARRVBIVM ALBVM.
Clinopodium vulgare.
ORIGANVM VVLGARE.
THYMVS SERPILLVM.
—— *Acinos.*
Scutellaria galericulata.
PRVNELLA VVLGARIS.

Angioſperma.

Rhinanthus criſta galli.
EVPHRASIA OFFICINALIS.
—— —— *odontites.*
Melampyrum pratenſe.
Pedicularis ſylvatica.
ANTIRRHINVM *Elatine*
—— —— *minus.*

DIDYNAMIA.

ANTIRRHINVM LINARIA.
—— —— ORONTIVM.
SCROPHVLARIA NODOSA.
—— —— —— AQVATICA.
Limoſella aquatica.

TETRADYNAMIA.

Siliculoſa.

Myagrum ſatiuum.
Draba verna.
THLASPI ARVENSE.
— — BVRSA PASTORIS.
COCHLEARIA OFFICINALIS.
Iberis nudicaulis.

TETRADYNAMIA.

Siliquoſa.

Cardamine pratenſis.
— — *amara.*
SISYMBRIVM NASTVRTIVM.
—— —— *amphibium.*
—— —— SOPHIA.

ERY-

Pedicularis ſylvatica.

Vires medicas Hallerus huic tribuit. Linnaeus autem *paluſtri.*

Iberis nudicaulis.

Ex radice plures caules ſaepe aſſurgunt.
Sed primus eſt tantum nudus; reliqui folioſi et magis decumbentes.

TETRADYNAMIA.

ERYSIMVM OFFICINALE.
— — *Barbarea.*
— — ALLIARIA.
— — *cheiranthoides.*
Arabis thaliana.
Turritis glabra.
SINAPIS ALBA.
— — NIGRA.
Raphanus raphaniſtrum.

MONADELPHIA.

Decandria.

GERANIVM *cicutarium.*
— — *paluſtre.*
— — ROBERTIANVM.
— — *molle.*
— — *columbinum.*
— — *diſſectum.*

MONADELPHIA.

Polyandria.

MALVA ROTVNDIFOLIA.
— — ſylueſtris.
— — ALCEA.
— — *moſchata.*

DIADELPHIA.

Hexandria.

FVMARIA BVLBOSA.
— — OFFICINALIS.

Octandria.

POLYGALA VVLGARIS.

Decandria.

Spartium ſcoparium.
GENISTA TINCTORIA.
— — *piloſa.*
— — *anglica.*
— — *germanica.*

DIA-

Eryſimum cheirantoides.

In hortis et agris arenoſis omnino caulis ramoſiſſimus. Sed in agris argilloſis frigidis ſemper reperi caulem ſimpliciſſimum vix ſpitamaeum et fere triquetrum.
Folia plerumque paulum ſerrata.

Sinapis nigra.

Siliquae non ſemper glabrae, ſed ſaepiſſime pubeſcentes, imo etiam hiſpidae.

Malua rotundifolia.

Linnaeus in Materia Med. hanc ſpeciem recenſet vti officinalem. Hallerus autem Maluam ſylveſtrem.

Geniſta tinctoria.

Linnaeus et qui eum ſequuntur hanc Geniſtam habent pro officinali.
Hallerus aliique Geniſtam officin. referunt ad *ſpartium ſcoparium.*

DIADELPHIA.

ONONIS ARVENSIS.
Orobus vernus.
—— tuberofus.
—— *niger.*
Lathyrus pratenfis * .
Vicia dumetorum.
—— *fyluatica.*
—— *cracca.*
—— *fepium.*
Eruum tetrafpermum.
—— *hirfutum.*
Ornithopus perpufillus.

Decandria.

Aftragalus glycyphyllos.
TRIFOLIVM M. OFFICINALIS.
—— —— *hybridum.* *
—— —— repens.
—— —— PRATENSE.
—— —— aruenfe.
—— —— *agrarium.*
—— —— *procumbens.*
Lotus corniculatus. *
Medicago lupulina.

POLYADELPHIA.

Polyandria.

HYPERICVM *quadrangulum.*
— — PERFORATVM.
— — *humifufum.*
— — *montanum.*
— — *hirfutum.*
— — *pulchrum.*

SYNGENESIA.

Polygamia aequalis.

Tragopogon pratenfe.
Picris hieracioides.
Sonchus oleraceus.
— — *aruenfis.*
Prenanthes muralis.
LEONTODON TARAXACVM.
—— —— *autumnale.*
—— —— *hifpidum.*
—— —— *hirtum.*
HIERACIVM PILOSELLA.

SYN-

Eruum tetrafpermum.

Calyx minime longitudine corollae, fed triplo minor: dentes fuperiores minores; ftigma antice villofum. Eft igitur Vicia.

Picris hieracioides.

Tota planta hifpida, pilis bifurcatis, exceptis neruis foliorum.
Caulis erectus, firmus.
Folia ovatolanceolata cordata feffilia; margine dentato vndulato.

Pedun-

SYNGENESIA.

HIERACIVM *auricula.*

—— —— *murorum.*

—— —— *paludofum.*

—— —— *fabaudum.*

—— —— *umbellatum.*

Crepis tectorum.

—— *biennis.*

Hyoferis minima.

Hypochaeris glabra.

— — *radicata.*

Lapfana communis.

ARCTIVM LAPPA.

Serratula tinctoria.

— — *aruenfis.*

SYNGENESIA.

Carduus lanceolatus.

— — *nutans.*

— — *paluftris.*

— — *acaulis.*

Cnicus oleraceus.

—— *Erifithales.*

Carlina vulgaris.

Bidens tripartita.

—— cernua.

EVPATORIVM CANNABINVM.

Polygam. fuperfl.

TANACETVM VVLGARE.

ARTEMISIA ABSINTHIVM.

—— —— VVLGARIS.

SYN-

Pedunculi fquamofi, minus hifpidi.
Calycis fquamae inferiores laxae fubpatentes.
Flores paniculati etc.

Hieracium auricula.

Pili foliorum fimplices; caulis et calycis capitati.

Hieracium murorum.

Caulis erectus ftrictus, ad radicem villofus, fuperius fubtomentofus et hifpidus.
Folia ouata, dentata, dentibus mucrone terminatis; pagina fuperiore hifpida, fuptus villofa.
Pili in foliis et parte inferiore caulis fimplices; in calyce vero et fuperiore parte caulis capitati.

Hieracium paludofum.

Caulis erectus fulcatus glaber.
Folia caulina lanceolata amplexicaulia retrorfum dentato finuata.
Pedunculi fubtomentofi.
Folia calycina hifpida; pilis capitatis.

Crepis tectorum.

Planta variabilis, et faepo difficile agnofcenda. Inprimis inter fegetes occurrit fequens varietas:

Cau-

SYNGENESIA.

GNAPHALIVM ARENARIVM.
—— —— *ſyluaticum.*
—— —— *vliginoſum.*
—— —— DIOICVM.
CONNYZA SQVARROSA.
Erigeron canadenſe.
— — acre.
TVSSILAGO FARFARA.
— — PETASITES.
— — *hybrida.*
SENECIO *viſcoſus.*
—— *ſyluaticus.*
—— *Jacobaea.*
—— VVLGARIS.
Aſter Tripolium.
SOLIDAGO VIRGAVREA.
Cineraria paluſtris.
INVLA HELENIVM.
— — dyſenterica.

SYNGENESIA.

INVLA *pulicaria.*
ARNICA MONTANA.
BELLIS PERENNIS.
CHRYSANTHEMVM LEVCANTH.
—— —— —— *Segetum.*
MATRICARIA PARTHENIVM.
—— —— CHAMOMILLA.
Anthemis cotula.
ACHILLAEA PTARMICA.
— — — MILLEFOLIVM.

Polygam. fruſtranea.

CENTAVREA CYANVS.
—— —— *ſcabioſa.*
—— —— *Iacea.*

Polyg. neceſſaria.

Filago germanica.

Polyg. Monogamia.

Iaſione montana.
Viola hirta.

SYN-

Caulis ſimpliciſſimus, erectus angulatus glaber.

Folia lanceolata, ſagittato-amplexicaulia; inferiora dentata, ſuperiora integerrima, margine reflexo etc.

Gnaphalium arenarium.

Eſt Stoechas citrina off. ſecundum Linnaeum, Hallerum. etc.

Gleditſius nominat quidem Gnaphalium ſtoechas Lin., ſed vti videtur nomen tantum per errorem irrepſit.

Matricaria chamomilla.

Receptaculum conicum cavum.

Viola hirta.

Folia cordata obtuſa crenata.

Calycis foliola lanceolata obtuſa trineruia.

Prae-

SYNGENESIA.	GYNANDRIA.
Viola paluſtris.	*Diandria.*
— ODORATA.	ORCHIS BIFOLIA.
— *canina.*	— — Morio
— TRICOLOR.	— — Maſcula.
Impatiens noli tangere.	

Praecipua certe diſcrimina inter hanc et *odoratam*, quod hirta ſtolonibus deſtituatur; folia anguſtiora ſint, et magis lanceolata; flos pallidior et inodorus; totus habitus minor et humilior. A V. *canina* vix tempore floreſcentiae differre vidi, nec adeo evidenter calcaribus; ſed foliis crenatis, magis lanceolatis (non ſerratis mucronatis) calycibus obtuſis etc.

Viola paluſtris.

Folia reniformia ſerrata, vtraque pagina glabra, dentibus apice obtuſis cartilagineis.
Pedunculus radicalis tetragonus debilis.
Calycis foliola lanceolata obtuſa glabra; duo inferiora et ſupremum ſaepe paulo latiora.

Viola odorata.

Folia cordata ſerrata obtuſa: vtraque pagina hirſuta.
Calycis foliola trineruia obtuſa: tria ſuperiora lanceolata, duo inferiora ouata.

Viola canina.

Folia cordata ſerrata, ſubtus glabra, apice et quolibet dente mucronato.
Calycis foliola omnia ſublata.

Orchis bifolia.

Secundum Linnaeum ab hac ſpecie radix Satyrii off. colligenda.
Gleditſius autem nominat *orchidem militarem.*

Orchis morio.

Folia ſuperiora, vaginantia tota cauli appreſſa.
Bracteae coloratae, neruo vireſcente.
Petala 3 exteriora, lineis vireſcentibus notatae.

Orchis morio.

Hanc ſpeciem Linnaeus credit exhibere rad. Salap.
Hallerus ſub *maſcula* recenſet vires rad. Salap.
Percivall affirmat radices *latifoliae* et alias *orchides* palmatas easdem exſere virtutes.

Orchis maſcula.

Folia ſuperiora vaginantia, tota cauli appreſſa.
Bracteae coloratae eneruiae.

GYNANDRIA.

ORCHIS *latifolia.*
— — *conopſea.*
— — *maculata.*
Ophrys Nidus auis.
—— *ſpiralis.*
—— *ouata.*
—— *inſectifera.*
— — *α. myodes.*
— — *β. adrachnites.*
Serapias latifolia.
— — *longifolia.*
— — *grandiflora.*

Polyandria.

ARVM MACVLATVM.
Calla paluſtris.

MONOECIA.

Monandria.

Zannichellia paluſtris.
Chara vulgaris.

Diandria.

Lemna triſulca.
—— minor.
—— *polyrhiza.*

Triandria.

Typha latifolia.
—— *anguſtifolia.*
Sparganium erectum.
Carex arenaria.
—— *leporina.*
—— *vulpina.*

MONOECIA.

Carex muricata.
—— *digitata.*
—— *montana.*
—— *caeſpitoſa.*
—— *diſtans.*
—— *acuta.*
—— *veſicaria.*
—— *hirta.*

Tetrandria.

Betula alba.
—— Alnus.
VRTICA VRENS.
— — DIOICA.

Polyandria.

Ceratophyllum demerſum.
Myriophyllum ſpicatum.
Sagittaria ſagittifolia.
POTERIVM SANGVISORBA.
QVERCVS ROBVR.
Fagus ſyluatica.
Carpinus betulus. *
Corylus auellana.

Adelphia.

PINVS SYLVESTRIS.

DIOECIA.

Diandria.

SALIX *triandra.*
—— *Helix.*
—— *arenaria.*

DIOECIA.

SALIX caprea.
—— *viminalis.*
—— ALBA.

Tetrandria.

VISCVM ALBVM.

Pentandria.

HVMVLVS LVPVLVS.

Octandria.

POPVLVS NIGRA.
— — *tremula.* *

Enneandria.

Mercurialis perennis.

Monadelphia.

IVNIPERVS COMMVNIS.

POLYGAMIA.

Monoecia.

Holcus lanatus.
—— *mollis.*
Valantia cruciata.
PARIETARIA OFFICINALIS.
Atriplex hastata.
— — *patula.*
Acer campestris.

Dioecia.

FRAXINVS EXCELSIOR.

CRYPTOGAMIA.

Filices.

EQVISETVM *syluaticum.*
— — ARVENSE.
— — palustre.
— — *fluuiatile.*
OPHIOGLOSSVM VVLGATVM.
OSMVNDA LVNARIA.
— — regalis.
— — *Spicant.*
PTERIS AQVILINA.
ASPLENIVM TRICHOMANES.
—— —— RVTA MVRARIA.
POLYPODIVM VVLGARE.
—— —— *phegopteris.*
—— —— *cristatum.*
—— —— F. MAS.
—— —— F. femina.
—— —— *thelypteris.*
—— —— *fragile.*
—— —— *dryopteris.*

Musci.

LYCOPODIVM CLAVATVM.
—— —— *inundatum.*

LYCO-

Equisetum arvense.

Hanc plantam Linnaeus et alii credunt esse *Equisetum officinale.* Hallerus autem Equisetum palustre habet pro officinali.

Pteris aquilina.

Est *Filix femina off.* affirmante Hallero, et ea species filicis quam iam Theophrastus laudauit contra vermem latum.

CRYPTOGAMIA.

Muſci.

LYCOPODIVM ſelago.
—— —— *annotinum.*
—— —— *complanatum.*
Sphagnum paluſtre.
Phaſcum acaulon.
— — *ſubulatum.*
Fontinalis antipyretica.
Buxbaumia acaulis. Schmid.
Splachnum ampullaceum.
POLYTRICHVM COMMVNE.
Mnium ſetaceum.
—— *capillare.*
—— *pyriforme.*
—— *polytrichoides.*
—— *ſerpillifol.*
—— —— *cuſpidatum.*
—— —— *punctatum.*
—— *paluſtre.*
—— *fontanum.*
Bryum apocarpum.
—— *ſtriatum.*
—— *pomiforme.*
—— *ſubulatum.*
—— *rurale.*
—— *ſcoparium.*
—— *glaucum.*
—— *heteromallum.*
—— *truncatulum.*

CRYPTOGAMIA.

Muſci.

Bryum viridulum.
—— *hypnoides.*
—— *argenteum.*
—— *puluinatum.*
—— *caeſpititium.*
Hypnum taxifolium.
— — *bryoides.*
— — *complanatum.*
— — *triquetrum.*
— — *rutabulum.*
— — *parietinum.*
— — *praelongum.*
— — *abietinum.*
— — *proliferum.*
— — *cupreſſiforme.*
— — *aduncum.*
— — *viticuloſum.*
— — *ſquarroſum.*
— — *dendroides.*
— — *curtipendulum.*
— — *purum.*
— — *illecebrum.*
— — *riparium.*
— — *cuſpidatum.*
— — ſericeum.
— — *velutinum.*
— — *ſerpens.*
— — *ſciuroides.* *Al-*

A Gleditſio citatur Polypodium filix *foemina* Lin. pro planta officinali. Et Pharmacop. Würtenb. dicit, ſub nomine *radicis Filicis* in vſum vocari *filicem maiorem ramoſam*, et Linnaeum *Filicem marem* ſubſtituiſſe.

CRYPTOGAMIA.

Algae.

Iungermannia asplenoides.
—— —— *bidentata.*
—— —— *bicuspidata.*
—— —— *nemorea.*
—— —— *albicans.*
—— —— *complanata.*
—— —— *dilatata.*
—— —— *tamarisci.*
—— —— *epiphylla.*
—— —— *pinguis.*
—— —— *multifida.*
—— —— *furcata.*
—— —— *pusilla.*
MARCHANTIA POLYMORPHA.
Riccia glauca.
Anthoceros punctatus.
—— —— *laeuis.*
LICHEN *scriptus.*
—— *geographicus.*
—— *rupicola.*
—— *pertusus.*
—— *sanguinarius.*
—— *fagineus.*
—— *carpineus.*
—— *ericetorum.*
—— *candelarius.*
—— *subfuscus.*
—— *pallescens.*
—— *centrifugus.*
—— saxatilis.

CRYPTOGAMIA.

Algae.

LICHEN *oliuaceus.*
—— parietinus.
—— *physodes.*
—— *stellaris.*
—— *ciliaris.*
—— PVLMONARIVS.
—— *furfuraceus.*
—— *farinaceus.*
—— *fraxineus.*
—— *prunastri.*
—— *caperatus.*
—— *glaucus.*
—— CANINVS.
—— *polyphyllus.*
—— cocciferus.
—— pyxidatus.
—— *cornutus.*
—— rangiferinus.
—— *vncialis.*
—— *subulatus.*
—— BARBATVS.
—— *iubatus.*
—— *lanatus.*
—— *hirtus.*
Tremella Nostoc.
—— —— *lichenoides.*
—— —— *verrucosa.*
Vlua compressa.
—— *granulata.*
Conferua reticulata.
—— —— riuularis etc.

THE-

THESES.

I.

Non poteſt certo definiri, an Medicina generi humano magis noxia, quam ſalutaris euadat, propter ignorantiam eorum, qui eam exercent, aut pro medicis haberi volunt.

II.

Judicii gradus diuerſi forte pendent a diuerſitate memoriae.

III.

Temperamenta magis videntur pendere a fluidis, quam a ſolidis partibus.

IV.

Nullus cibus vniuerſaliter nec ſalubris nec inſalubris recte appellari poteſt.

V.

Solanum tuberoſum egregium eſt alimentum.

VI.

Anagallidem minime contemnendam eſſe credo; ſed dignam vlterioribus experimentis in hydrophobia aliisque morbis.

VII.

Male concluditur a multis, medicamenta eſſe inertia, ſi ſapore et odore fere prorſus deſtituuntur.

VIII.

Amara ſunt ſtomacho inimica.

XI.

Minus recte mihi videtur negari a multis viris Cl., non dari vera lithontriptica.

X.

Methodus medendi omnino diuerſa eſſe debet ſecundum diuerſa climata.

XI.

Acida non in omnibus febribus remittentibus conducunt.

XII.

Omnes partus ſerotini ſunt vel maxime improbabiles: et vix vllo modo extra dubium poni poſſunt ea, quae de his occurrunt exempla.



